Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



204

euſ.

nũ non dabꝯ et. nisi signum Jone
ꝓphe. Et relictis illis abiit. Et cũ
venissent discipuli eius trans freũ.
obliti sunt panes accipere. Qui dixit
illis. Intuemini et cauete a fermento
pharisęorũ et sadducęorũ. At illi cogita
bant intra se dicentes. q̃ia panes
non accepimus. Sciens aũt ihesus.
dixit eis. Quid cogitatis inter uos
modicę fidei. quia panes ñ habetis.
Non dum intelligitis. neq; recordamini.
quinq; panũ ī quinq; mil
lia hominũ. et q̃ sportas sũpsistis.
Neq; vii panum in septem milia
hominũ. et q̃ sportas sũpsistis.
Quare non intelligitis. quia ñ de pa
ne dixi uobis. Cauete a fermento
pharisęorũ et sadducęorũ. Tunc intellex
erunt. quia non dixerit cauere a fermen
to panum. sed a doctrina pharisęorũ
et sadducęorũ. Venit aũt ihesus in
partes cesaree philippi. et interrogauit
discipulos suos dicens. Quem di
cunt homines esse filiũ hominis.
At illi dixerunt. Alii uero iohẽ bapti
ste. alii aũt helyam. alii uero hieremiã.
aut unũ ex prophetis. Dixit illis ihe
sus. Vos aũt quem uos me esse
dicitis. Respondens simon petrus.
dixit. Tu es xpꝰ filius dei uiui. Re
spondens aũt ihesus dixit ei. Beatus
es simon barona. quia caro et sã
guis non reuelauit tibi. sed pater mi
hi qui in celis est. Et ego dico tibi. q̃
tu es petrus. et super hanc petram edi
ficabo ecclesiam meam. Et porte in
feri non prualebunt aduersus eã.
Et tibi dabo claues regni celorũ. Et
quecũq; ligaueris super terram. erit li
gatum in celis. et quecũq; solueris
super terram. erit solutum et in celis.

Tunc precepit discipulis suis. ut
nemini dicerent. quia ipse esset ihesus
xpꝰ. Et extunc cepit ihesus ostendere
discipulis suis. quia oportet eum ire
hierusalem. et multa pati a senioribus
et scribis. et principibus sacerdotũ et
et occidi. et tertia die resurgere. Et assumens
eum petrus cepit increpare illum di
cens. Absit a te domine. non erit tibi
hoc. Qui conuersus dixit petro. Vade
post me sathana. scandalum mihi es.
quia non sapis ea que dei sunt. sed ea
que sunt hominum. Tunc ihesus di
xit discipulis suis. Si quis uult
post me uenire. abneget semetipsum.
et tollat crucem suam. et sequatur me.
Qui enim uoluerit animã suã salua
facere. perdet eam. Qui aũt perdiderit
animam suam. propter me. inueniet
eam. Quid enim prodest homini si mũ
dum uniuersum lucretur. anime uero suę
detrimentum patiatur. Aut quid dabit
homo commutationem pro anima sua.
Filius aũt hominis ueniturus est
in gloria patris sui cum angelis su
is. et tunc reddet unicuique secũdũ o
pera sua. Amen dico uobis. quia sunt
de hic stantibus qui non gustabunt
mortem. donec uideant filiũ hõis
ueientem in regno suo. Cap. xvii.

Et post dies sex assumpsit
ihesus petrum. et iacobũ.
et iohẽem fratrem eius. et duxit
illos in montem excelsum seorsum.
et transfigũratus est ante eos. et resplendu
it facies eius sicut sol. uestimenta
aũt eius facta sunt alba sicut nix.
Et ecce apparuit eis moyses. et he
lias. cum eo loquentes. Respondens aũt
petrus dixit ad ihesum. Domine bonum
est nos hic esse. si uis faciamus hic tria